1513. ultimo Octob.

Albertus Marchio Brandeburg. Magister Ordinis Cruciferor. in Prussia Sigismundo 1o Regi Poloniæ Avunculo suo:

Nostrum amicabile servitium, et quidquid placidi et boni possimus, inprimis Illmis Princeps Mgce Rex specialis dilecte Domine et Avuncule damus Regiæ Vræ Illrti cognoscendum, quod iuxta possibilitatem Nram super actiones Piotrcoviens. pro consensu et admissione apud Papalem Sanctitatem et Imperatoriam Mtem per Nros præcipuos Nuntios omni cum diligentia sollicitavimus, et nec à Sua Sanctitate, nec ab Imperatoria Mte consensum aut admissionem super easdem actiones consequi possumus. Specialiter sumus paulò ante per Papalis Sanctitatis Nuntium cum brevi tenoris copiæ inclusæ requisiti, sit etiam Nobis et Nris membris Ordinis ab Imperatoria Mte mandatum, ad dimetiendum habet, quod Nobis non aliter licebit, quam ut Papali Sanctitati subditam obedientiam præstare cogimur, et Sacrum Concilium requirere, Nam Nobis nihil charius, quam quod cum Vra Regia Illustritate diu duratos defectus et errores qui inter laudabilem Coronam Poloniæ et Nrum Ordinem sustentati sunt, componi deberent. Quapropter Vram Regiam Illtem ut Nrum Specialem dilectum Dominum et Avunculum ex tota amicabili diligentia rogamus sola ad alias Vias cogitandum, quæ Papali Sanctitati et

Imp:

Imperatoriæ Mtti gratiores communi Christiani=
tati Coronæ Poloniæ et Nro Ordini utiliores fo=
rent. Nam quantum absque læsione Ducalis No=
stri honoris Vræ Regiæ Illrti et Nro charmo Dno
et Avunculo ad amicabilem complacentiam iuxta
omnem Nram possibilitatem esse possumus, su=
mus in toto ad faciendum benevoli. Vra Regia
Illrtas velit hæc Nra Scripta non inimicabi=
liter considerare, sed secundum Nram necessita=
tem metiri, quod erga Vram Regiam Illrtem ami=
cabiliter affecti sumus promereri. Datum ex
Kinsberg Dominica post Festum Simonis et Judæ
1513.